

quàm unicum innocentem punire: item quod poenæ legum interpretatione potiùs emolliendæ, quàm exasperandæ sunt *l. penult. ff. de pæn.* ex quibus ita deductis, facilis erit responsio ad interrogatum, utrum arbitraria poena ad mortem extendi queat, item responderi potest ad quæstionem, utrum pro feris captis, quis suspendi & capite puniri possit? & si quæ similes sunt quæstiones. Nam in mero imperio magis declaratoria sententia proferri videtur, in qua factum jure expresso amplificetur: præterea nihil. Hoc tamen de iis, qui merum imperium non suo jure, sed aliunde habent. Hic igitur si quæreretur, utrum fur suspendendus de patibulo rupto laqueo decidat, an iterum suspendendus veniat, vides subsistendum esse judici, quatenus ille casus, non est in jure expressus, quantum ad hanc meri Imperii. Huc quoque respicere nonnulli, qui docent, & in multis etiã locis observatur, quod si carnifex pro exempto, quatenus judici tacente lege subsistendum est. Item de aliis, ubi de apprehensione & incarceratione Rei, item de tortura, de quibus *infra*. Vides igitur Imperium à præcepto inchoari posse, quod in jurisdictione planè secus est.

THEORICORVM PRÆCEPTORVM

propositio secunda.

Causæ dī-
ficatis.

Quidquid verò à nostris hic erratum est, ex ignorantia veterum definitionum, distributionum & causarum profectum putamus, quas nos inquiremus.

PRACTICORVM OPINIO.

Quidquid in hac materia erratum est, per multas & varias definitiones atque distributiones factum est, prout non tantum ex modo dictis liquet, sed & ipsa experientia testatur, quod